# IN LAUDEM, ET HONOREM SANCTISSIMI PATRIS, ARCHIEPISCOPI HISPALENSIS, ET HISPANIARVM DOCTORIS,

# DIVI ISIDORI CONFESSORIS

## ORATIO LITTERALIS,

HABITA IN COLLEGIO,

EIDEM BEATISSIMO PRÆSULI DICATO, A FERDINANDO DE CAMPOS EIVSDEM COLLEGIJ CERVLEATVS ALVMNVS, DIE XVIJ. APRILIS ANNO M.DCC.XIX. HISPALI.

PERILLVSTRI DOMINO DOMINO IOSEPHO DE ISAGUIRRE ALMÆ CATHEDRALIS, METROPOLITANÆ, AC PATRIARCHALIS ECCLESIÆ HISPALENSIS MERITISSIMO CANONICO LITATA.

HISPALI: EX TYPOGRAPHIA FRANCISCI GARAY, IN VICO DE VIZCAYNOS.

# PERILLUSTRI DOMINO DOMINO JOSEPHO DE ISAGVIRRE ALMÆ ECCLESIÆ HISPALENSIS CANONICO MERITISSIMO.

LItteralem in laudem Sanctiſsimi Præſulis (Perilluſtri Domine) Patris, Tutelaris, ac Titularis noſtri Divi Iſidori Confeſſoris, & Doctoris Hiſpaniarum, ab vno ex noſtris ſodalibus confectam, vt creſcat, & augeatur, cui niſi illi, qui augmentum eſt, litare, ſacrare, libare, ac dicare debemus oratiuncullam? parva enim magna incremento fiunt: cum autem augmentum tua Dominatio ſit, vt & nomen tuum, mores, doteſque, & erga nos benevolentia tua, ſatis, ſuperque manifeſtant, eamdem tibi, non vno, ſed pluribus titulis, non gratis, ſed iuſtitia, dicare, litare, ſacrare, ac libare alacriter, comiterque debemus; & quamvis munus parvum vndequaque appareat, noſtræ correſpondens facultati, tamen de magnitudine volũtatis noſtræ Dominatio tua non dubitans, illud, ac ſi magnum foret, acceptare non dedignabitur; nam, *voluntas ſpectanda eſt, non facultas*, vt moralis fatur Philoſophus; & ſecundus, aut iunior Plinius, Martialis opuſculum magnificiens, hæc de illo protulit: *Dedit mihi quantum maximum potuit; daturus amplius ſi potuiſſet.* Quæ vtique Dominationem tuam de affectu, & voluntate noſtra dicere, ac cogitare, indubitanter ſperamus, Summumque Numen pro incolumitate tuæ Dominationis inceſſanter rogamus.

*Ioſeph, interpretatur augmentum.* S. Bernard. ſerm. 2. ſup. *Miſſus eſt.*

Seneca epiſt. 83. Lib. 2. epiſtol. vltim.

Perilluſtri Domine

Dominationis tuæ

Affectuoſiſsimi clientes

*Ioſephus Iſla.* *Ioſephus Trillo.*

*Franciſcus Xadraque.* *Chriſtophorus Romero.*

SANCTISSIMI PATRIS, BEATISSIMI PRÆSVLIS, Gloriosissimi Doctoris, eximij Tutelaris, excellentissimi Magistri, nobilissimi Herois, amplissimi Titularis (illustrissime Senatus, cœterorum adstantium lucidissima corona) Sanctissimi inquam Patris, Beatissimi Præsulis, Gloriosissimi Doctoris, eximij Tutelaris, excellentissimi Magistri, nobilissimi Herois, amplissimi Titularis Divi ISIDORI faustæ, ac fœlicissimæ Severiani, & Turturis Cartaginensium Ducum prolis, Sanctorum Leandri Hispalensis Antistitis, Fulgentij Astigitani, & Cartaginensis Episcopi, ac Florentinæ Virginis, & Abbatissæ fratris, Divique Hermenegildi Regis, & Martyris incliti, atque Recaredi Regis Catholici abunculi, laudes enarrandas aggredior.

Ad Solis radios, oculis cæcutientibus, cereis pennis, conspiciendos accedo: ad pelagi immensi gurges altissimos, scapha tenuissimo, sine remis navigandos propero.

Non ne Icariam experire cogor audatiam? an non ipsius Icari pœnam subire metuo?

*Cum puer audaci cepit gaudere volatu,*

Cecinente Nasone suis in Metamorphosijs. (Lib. 8.)

*Deseruitque ducem, Cœlique cupidine tactus*
*Altius egit iter; rapidi vicinia Solis*
*Mollit odoratas pennarum vincula ceras:*
*Tabuerant ceræ, nudos quatit ille lacertos:*
*Remigioque carens non vllas percipit auras.*
*Oraque cerulea patrium clamantia nomen*
*Excipiuntur aquæ, quæ nomen traxit ab illo.*

Non enim, & si Icaria incedam audatia indutus, Icari ruinam experire pertimesco: mélior est obedientia, quam victima, Sacra vociferatur Pagina: & Divus Bernardus sapientiam obedienti prænuntiat: vnde ad intentatum, præfixumque scopum iam iam ope Divina, & Sanctissimi Patroni nostri meritis, ac tutela fretus, nihil de humanitate, & benevolentia vestra erga me dubitans accedo.

De el gran Padre, Doctor, Santo, Glorioso,
Patron esclarecido, y afamado,
De Sevilla Arçobispo prodigioso,
Que ISIDORO de todos es llamado,
Dezir glorias pretendo valeroso,
En la gracia Divina confiado,
Aunque vn Icaro sea en tomar buelo,
Sin temor de la ruina en mi desvelo.

In nova Cartaginensi Civitate, quæ, vt à veteri alterius gentis distincta appareret, Spartaria in Hispania cognominatur, noster nascitur Isidorus: infans in cuna vagiens, monstra sibi manibus extinxit obiecta; atque in ore apum examen habuit: Non ne herculea eius significabatur virtus? an non melliflua eius prænuntiabatur eloquentia? vtique enim, & his apparentibus signis eius futura cœlitus inter cœlicolas nuntiabatur sanctitas. *Nec prius esse Deus potuit, quam sugeret infans*

*Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabat.*

De Hercule canit Alciatus: ego autem sic de Titulare nostro Hispanico canam idiomate.

Destierra monstruos nuestro tierno Infante
En la Cuna, y alli se vè su boca
De vn enjambre de avejas muy bolante
Rodeada, sin que alguna, inquieta, ò loca,
Le causase molestia algun instante,
Assi Dios desde niño lo coloca
En estado mas alto, y oportuno,
Que el que à Jercules diò la Diosa Juno.

Iubenis, vel puer cum Patribus, & Fratribus ad Hispalensem hanc Civitatem nostram accessit; hic in Latino, Græco, Hebraicoque idiomatibus, humanis disciplinis, ac Divinarum rerum scientijs feliciter profecit; virtutes, tam naturales, quam morales, etiamque Theologales summa vigilantia coluit; Verbi Dei extitit Prædicator magnificus; fit Monachus, vt nonnullis placet, inter quos, circa Religionem professam ab eodem, non vnica est sententia: alij, cum secularem Clericum fuisse, affirmant, sic multi pro se, in statu, sicut etiam in patria, vt vnusquisque, ac vnaquæque tali honorificetur filio, certant; nec mirum, cum de Homeri patria tanto glorificata Poeta, sic apud Gellium legatur:

*Septem Vrbes certant de stirpe insignis Homeri,*

*Smirna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.*

Per longa tempora sese fortiter hæreticis opponens, invalescebat enim Ariana hæresis, fervide cum illis adeò disputavit, vt ipsi, ne faterentur convicti, eum morti tradere curaverint; evasit illæsus Divina ope custoditus, quia, vt loquitur Regius Vates, Dominus Sanctos suos de manu peccatoris liberabit; Leandro fratre Antistite Sanctissimo vita functo, ad infulam Hispalensem evegitur; lætatur Hispalis, congratulatur Hispania, Recaredus Rex iucundatur, maximusque Gregorius Romanus Beatissimus Pontifex summa iucunditate afficitur; electionem, sacro congratulante Cardinalium Collegio, approbat; pallium benedictum

mittit,

mittit; & Legatum ſuum per vtramque Hiſpaniam liberaliter eum conſtituit.

O quantas in ſede primaria ſedens omnigenæ virtutis faces noſter protulit Titularis! Admiranda enim vero prorſus fuit eius puritas, cœleſtis eius charitas, innocens eius benignitas, ingenua eius comitas, candida eius modeſtia, invincibilis eius patientia, mira eius manſuetudo, incorrupta eius liberalitas; fuit fortis contra impios, pijſsimus in templo, pervigil in reformatione, conſtans in Eccleſiaſtica diſciplina, omnibus ſuavis, affabilis, & lenis, ſibi autem durus, & rigidus: Collegia ſcientiarum erexit, & ibi bonis litteris, & artibus iuventutem imbuit; doctos, ſapientes, eruditos, ac omnibus virtutibus exornatos habuit diſcipulos. Hiſpali, ac Toleto Concilia pro reformandis Catholicorum moribus, ſtatuendis Catholicæ Fidei dogmatibus, & evellendis hæreſibus ſimul cum alijs Primatibus, & Epiſcopis celebravit: electioni Regum Hiſpaniarum, vt tyranidem exularet, modum, normam, formam regulamque dedit, & ſtatuit; nunc carmine Hiſpano loquar.

Viene à nueſtra Ciudad el niño Santo,
Y qual Joben vizarro de Sevilla
A el eſtudio ſe aplica, y ſabe tanto,
Que es en virtud, y letras maravilla,
A todos ſirve ſu ſaber de eſpanto,
Y de nueſtra Primada Igleſia, y Silla
Por muerte de Leandro ſu Prelado,
Ocupa los honores, ſublimado.

Sevilla con tal Padre ſe gloria,
Eſpaña tiene muy colmado gozo,
Recaredo ſe llena de alegria,
El Papa mueſtra ſu mucho alborozo,
Confirma la eleccion, el Palio embia,
Su Legado le nombra muy guſtoſo;
El admite: y ſe entrega con deſvelo
A ſer Santo en la tierra, y en el Cielo.

Es afable, es humano, es cariñoſo,
Es benigno, pacifico, y modeſto,
Es liberal, prudente, y es zeloſo,
Guarda Juſticia, y aſsi llega muy preſtò
A ſer amado, temido, y venturoſo,
Aclamado por digno de tal pueſto:
Y fundando Colegios de las ſciencias,
Haze à todos ſaber ſus experiencias.

Con-

Conciliós Santos, ſabios, y acertados
De Obiſpos doctos celebra preſidiendo,
Dà leyes juſtas contra los culpados,
Para que vivan à el rigor temiendo,
Dà premios grandes à los esforçados,
Para alentar à aquellos, que eſtàn viendo,
Que pueſto el premio ante nueſtra viſta
Dà alientos, y valor â la conquiſta.

Multa luculenter docuit verbo, multa egregie inſtruxit exemplo, multa mirabiliter vltra, & præter naturam patravit mirabilia, multa denique ingenij ſui, vt mortuus doceret viuos, litteris exarata reliquit; ſenio, ægritudineque confectus, ac mortali vulnere percuſſus, extremum proſpiciens diem, ad Primatem ſuam Eccleſiam ſe deferri fecit: ſtupuit Civitas omnis, & ad illam catervatim omnes ſtatus confluxere: ibi in cinere, & cilicio, iuxta Ieremiæ affatum, recubans, acceptis Sacroſanctis Sacramentis, ſe ſe ad obitum munivit, diſpoſſuit, præparavit alacriter: ad cœlum vtramque manum elevans Divinam imploravit opem, miſericordiam pro retributione petijt, & totus ſicut facula ardens, totus tanquam Sol refulgens, omnibus adſtantibus exhorationum Paſtoralium mirifica verba dedit; valete dixit, & ſuo Domino, ac creatori iucunde animam tradidit: in lachrymas ſolvuntur omnes: lamenta vagam aeris regionem penetrant; ſuſpiria ad cœlos aſcendunt; dira profecto, & inexorabilis mors, quæ tantam hominum multitudinem vnius percutione mulctavit, cum Melifluo dicam Doctore, cæca, & improvida, quæ Magni Doctoris Iſidori ligavit linguam, impedivit greſſus, diſſolvit manus, oculos clauſit; illos, inquam devotos oculos, qui pijſsimis fletibus Divinam peccatoribus reconciliare gratiam conſuevere: illas mundiſsimas manus, quæ laborioſis, & humilibus operibus exerceri ſemper amaverant, quæ Dominici corporis hoſtiam ſalutarem pro peccatoribus toties offerebant, & ſine ira, & diſceptatione in oratione levabantur in cœlum, quæ infirmis multa beneficia præſtitiſſe, & ſignis varijs effulſiſſe noſcuntur: illos quoque ſpecioſos greſſus evangelizantis pacem, evangelizantis bona; illos pedes, qui toties fatigati ſunt ſtudio pietatis; veſtigia illa digna, quæ ſemper devotis oſculis, premerentur: Sancta denique labia illa Sacerdotis, quæ cuſtodiebant ſcientiam; os iuſti, quæ ſapientiam meditabatur, & lingua eius, quæ iudicium loquens, imo, & miſericordiam, tantis mœderi ſolebat vulneribus animarum; dira, inquam, profecto, & inexorabilis extitit mors.

Enſeñò de palabra muchas coſas,
Muchas mas diò à ſaber con gran exemplo,

Hizo

Hizo acciones estrañas milagrosas,
Escriviò mucho, segun yo contemplo,
Fueron sus obras todas prodigiosas;
Mandò que lo llevassen à su Templo
Estando enfermo, anciano, y muy llagado,
Y fue de todo el Pueblo acompañado.

Vn cilicio vistiò, y encenizado
Recibiò los Sagrados Sacramentos,
Pidiò perdon à Dios, como culpado,
Y su misericordia con lamentos:
Como amoroso Padre, y buen Prelado
Les diò à todos muy santos documentos,
Y despidiendòse con semblante afable.
Passò à vivir la vida mas amable.

Lloran todos la falta de el Prelado,
Santo, docto, modesto, y virtuoso,
Sus gemidos el ayre han penetrado,
Sus suspiros con llanto fervoroso
Hasta el excelso Cielo han resonado:
O Muerte dura, ò lance tenebroso,
Con la herida de vn hombre solamente
Heristes multitud de mucha gente.

Celebratur funus, & in Basilica Sanctarum Virginum, & Martyrum Hispalensium JVSTÆ, ac RVFINÆ tutelarium huius totius Orbis Emporij, vbi Beatissimi Leandri Archiepiscopi fratris sui corpus quiescebat, sepelitur. Ad Italicam Vrbem Hispali proximam defertur, ne in Agarenorum sacrilegas deveniret manus; sed postea, ipso Sancto Doctore revelante, sepulturæ locum, ad Legionensem Civitatem transfertur.

Laudent Divus Gregorius Nazianzenus Imperatoris Basilij zelum optimum; Plinius Bœtici nostri Trayani naturales virtutes; Sanctus Abbas Bernardus Episcopi Malachiæ vitam exemplarem, & piam: ego tamen, quod de suo Consule Quintilio in Romano Senatu protulit Oratius, verius de eximio nostro Hispaniarum Doctore proferam: omnia in vno tantum viro congesta conspicio; cuius virtutis cándor, atque ingenij flumen novum in dies stuporem hominum admirationi inijcit; cuius prudentiæ dexteritas in regendo ipsimet famæ adæquanda protenditur: verius item, quod de Romulo Aurelius fatur, de nostro Romulensi Antistite fatear: Sentijt tunc Respublica innocentiæ virum, qui licet se gloriosum fecerit, hoc tamen maius contulit, quod bonæ actionis exemplum sequentibus dereliquit.

En

En vna Iglesia, que estaba dedicada
à las Santas Patronas de Sevilla
Justa, y Rufina, con põpa sagrada
fue enterrado el Prelado desta Silla,
alli estaba tambien depositada
otra Mitra, q̃ fue gran maravilla,
aquel Leandro Santo, y prodigioso,
hermano de Isidoro venturoso.
Porq̃ en manos sacrilegas, tiranas,
de Moros Sarracenos no cayesse
el cuerpo Santo, para cosas vanas,
dispuso Dios, q̃ trasladado fuesse
à Italica, y despues de las semanas
de quatro siglos, que se conduxesse
à Leon, Corte, y Ciudad famosa,
con tesoro tan grãde mas gloriosa.
Alaben San Gregorio Nazianzeno
el zelo de Basilio su Monarca,
Plinio de erudicion profunda lleno
à Trajano, y el dulce Patriarca
à Malaquias, que muriò sereno,
que yo, sin miedo de la triste Parca,
dirè de N. Santo, què fue vn todo,
que à todos imitò con raro modo.

Si Oracio de Quintilio dixo, era
en quien de muchos grandes muchas cosas
estaban en su centro de manera,
que siendo todas por si muy preciosas,
lo hizieron el plausible de su era,
dirè, que en ISIDORO las hermosas
virtudes, en los otros repartidas,
estuvieron constantes muy vnidas:
Si Aurelio dixo de Romulo el Romano,
que fue en su Corte varon esclarecido,
glorioso por su trato tan humano,
y mas glorioso por exemplar lucido,
dirè, que nuestro Santo, soberano
fue en si por su virtud, y mas subido
à grado mas heroyco por su exemplo,
para Dios, para el Mundo, para el Templo.

Ex Carmin. S. Ildephōsi apud Martyrolog. Hispan. die 4. Aprilis.

Quæ tibi discipulus sacrat, præsume Magister,
Dulce decus gentis, dux, Isidore, tuæ.
Ora pro nobis miseris clarissime Doctor,
O decus Hesperiæ, religionis honor.
Da rogo te facilem, te desine, quæso, rogari,
Teque vocant populi, discipulusque vocat.
Quem variæ cingunt curæ, quem densa pericla
Infestant, cœli fac statione frui.

Dixi, & cecini.

*** S. D. H. ET G. A. ***